ne eſt, ex antiquitate ſpuria pro ſputo Papali, ſcripta arceſſere, e. g. Tertulliano ſcriptori 3. ſecul. tribuitur liber *de pœnitentiâ*, hic citatur à Bellarm. *pro confeſſione auriculari ſeu enumeratione omnium peccatorum*, pro dogmate, *quod pœnitentia ſit ſacramentum, quod DEO ac hominibus ſatisfieri poſſit pro pœnâ temporali, culpâ dimiſſâ:* Sed liber hic non eſt Tertulliani propter Phraſin planè diverſam, ut obſervat Beatus Rhenanus & Eraſmus, vir in hoc ſtudiorum genere emunctæ naris. Arnobio Scriptori Secul. 3. aſſignatur commentarius in Pſalmos, ex eô Pontificii probant Chriſti deſcenſum in limbum Patrum, Sanctorum invocationem, Miſſæ ſacrificium, Eccleſiæ Rom. præeminentiam. Sed alii ex Pontificiis, Sixtus Senenſis, Bellarmin. Maldonatus ſcriptum hoc